



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Principium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A hoc est, neque ebone, neque argento, aut nitida ulla gemma umbilici præmuniantur, cujus facies atrata luctum præ se ferat Martialis xi.

Explicitum nobis usque ad sua cornua librum.

Sic apud eundem, uti superius dictum, quod & apud Horatium, umbilicus pro Fine ponitur: quia principium libri est, ubi à titulo incipit explicari: finis, ubi tota revoluta pagina perventum est ad umbilicum. Hujus ego generis volumina multa vidi, eaque vetustissima, alia ex membranarum, alia ex Nilotica papyro, alia Græcis, alia Hebraicis, alia etiam Arabicis literis per scripta. Non præteribo papyracea illa monumenta, quæ in arcibus Æliæ thesauris Romæ asservantur, in quibus archetypa est Constantini Imperatoris donatio, papyraceum esse textum, glutine quodam delibutum, mox aut aprina sana, vel vitro exæquatam ac perpolitam, ut & scripturæ patiens fuerit, neque ulla calamum asperitate offenderit, miro quippe labore complanatum.

CASTIMONIA ET CONCUPISCENTIA.

CAP. XXXIV.

B Excisus umbilicus apud Divinarum literarum Interpretes castimoniam significat: eo enim modo, *Umbilici amputatio quid in feminis.* quo præcisum præputium Circumcisionis illius est signum, qua libidinem atque nequitiam à corde refecare debemus, ita in feminis umbilici amputatio castimoniam indicat; virtus enim ejus in umbilico est. Hinc de profanatis prostitutisque Hierosolymis Ezechiel ita lamentatur, *In qua die nata es, non est excisus umbilicus tuus, vulva igitur matris adhærescit*: hoc est, nihil quicquam ab originatione separatur, sed patriæ coalita est, & applicita mollitudini, ut minimè mox mirum sit eam, quæ omnia subsequuntur, turpia perpetrare. Nam quod ex Jobe dicebamus, *virtus ejus est in umbilico*, sub umbilico ventris legere videtur Eucherius ut per hoc feminæ significet genitalia, sicut in viro lumbos dicimus. Nam umbilicus dubio procul est concupiscentiæ signum.

DE VENTRE. CAP. XL

C Nam Venter quoque sua continet hieroglyphica, eaque ab umbilico, de quo nunc diebamus, non admodum aliena, quare nusquam de eo, quam post umbilicum, possumus commodius meminisse.

PRINCIPIUM. CAP. XLII.

Absolutum perfectumque opus significat, uti diximus, umbilicus. Contra venter in sacris præcipue literis nunc principii, nunc originis indicium est cum scilicet quis vel à nativitate, vel ab eo quo sapere coepit tempore, factum inceptumve aliquid ostendere voluerit, ex utero, ventre dicet. Ita Jobes: *Si non ex ventre matris meæ dux illis fui*: de misericordia loquens, qua pauperes ab æ-Cap. 31. v. 12. tatis initio prosequi coepisset.

MARE. CAP. XLII.

DIN Serapis descriptione figurave, de qua plenius alibi, *γαστήρ ἢ ἰσχυρὰ* legitur, venter quippe *mare est*: & uti superius notavimus, Hippocrates decumbentem quempiam, qui mare conturbatum in somniis sibi sit videre visus, morbo eum ventris tentari conjicit, similitudine puto à mari sumpta: quod veluti flumina fontesque omnes in se recipit, ita venter omnia consumat.

INSATIABILITAS. CAP. XLIII.

Unde Poëtæ ventrem pro gæna, & insatiabilitate variationeque parasitica ponunt, ut apud Hora- *Lib. 1. ep. 15* tium in Epistolis:

Quicquid quæsierit ventri donabat avaro.

Sed ibi apertius:

*Scilicet ut ventres lamna candente nepotum
Diceret urendos.*